Cum permulta quotidie in lucem ꝓdeant elegantia carmina in doctiſſimis ingenijs elucubrata. in quib⁊ tñ aliq̄ue ſemꝑ difficultates ſunt que rudem maxime lectorē teneāt irreticū ſepe rogatus ſum a pleriſq; ſtudioſis vt in hoc aut illud poema cōmentariolū ſcriberē. Quoꝝ precib⁊ ſemel atq; iterū (q̄ mea facilitas ne dicā temeritas eſt) vt potui ſatiſfeci. Tandē ꝓo aīaduertens in diuerſis et multis libris vnū atq; idē ſepiꝰ explanandū occurrere. opeꝑeciū duxi fore. ſi in vnū libellū redigerent̄ ea vocabula q̇b⁊ poete frequētiꝰ vtunt̄. hoc eſt. fabuloſorum deoꝝ. illuſtriū hoīm ꝓuinciaꝝ. inſularū. vrbiū. fluuioꝝ. fontiū. ⁊ montiū noīa. Item patronymica q̄ magnā ſepe nubem legentib⁊ obijciunt. Hec igit̄ ⁊ multas poeticas fabulas. multas etiā priſcas hiſtorias. quāta potuimus breuitate ꝑ ordinem alphabeti collegimus. ſtudioſis lectorib⁊. quib⁊ aliunde nō eſt adiumētum. prodeſſe cupiētes. Quod opuſculū noſtrum non in poeſi tantū. ſ; in hiſtorijs etiam ſanctorum perutile futurū exiſtimamus. cū hic velut in ſpeculo videre liceat. vbi terraꝝ ſint ea loca in quibus ſancti homines aut vixerunt aut mortui ſunt. Que oīa vt facilius inuenias amice lector. ſcio. ꝙ ortographiā ſecuti. multa noīa q̄ initio ſonant e. ſcripſimus per ae vel oe vt Aegyptus oebalia. Multa etiā que ſonant f. ſcripta ſunt per ph vt phlegethon phaethon quod aliqui ſcribunt male phoethon vel phethon. Debes ergo diligenter qd̄ ſcire vis querere. nec vno tm̄ loco ſed plurib⁊. quia forſitan iter aſpirata comperies quod alibi querebas. Vt aūt huic opuſculo fides habeatur. nouerint qui legent. id ex multis ⁊ probatis auctorib⁊ eſſe collectum. vic; ex Saluſtio Liuio Strabone Plinio Juſtino Virgilio Naſone Perotto Tortelio. a quo tñ interdum grauiori fretus autoritate deſciui. Ex varijs etiam poetarū interpretibus aliqua ſumpſimus. ex greco itē vocabulario fratris Joānis Caſtroni Carmelite. qd̄ (LEXIKON Kataſti Chyon) inſcribitur. Porro nemo culpet ꝙ fabulas ſcripſimus q̄ etiam in ſacris libris q̄nq; ſunt neceſſarie cognitu. quod is demū fatebitur qui diui Auguſtini diuiq; Hieronimi ſcripta perlegit. Verum a plurib⁊ eſt iampridē accurate defenſa cauſa poeſeos. nec tamē vnq; defuturus eſt nequiſſimus zoilus.

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf